

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber III.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN III. VALERII
FLACCI. LIBR. ÆGI-
DII MASERII AR-
GUMENTUM.



Izycon: Argolicosq; duces nocturna nec
phantum

In scelus impellunt bella: indignamque
fatentur

Fœdere conjuncti mortem: fit luctus in urbe:
Ad tumulum celebratur honos: gemit Æsone natus,
Mœsticiam ostentans animi: sed pectora dictis
Mopse levans multis facienda piacula cæsis
Sancta jubes. Mactantur oves ad litora: cantu
Lustrifico Manes exciti abolere jubentur
Bella: minas: motus trepidos: nocturna;q; tædis
Signa Acherontæis mixta. Hinc ratis æquora rursus
Ingreditur: littusq; offert tunc Mysia nautis
Pulcher Hylas rapitur. Misso volat Hercule puppis.

Æ. VALERII FLACCI
SETINI BALBI ARGO-
NAUTICON.

LIBER III.

Tertia jam gelidas Tithonia solverat umbras,
Exueratq; polum; Tiphyn placida alta vo-
cabant:

Ita tectis Argoa manus; simul urbe profusi
Aeneada, caris socium digressibus herent.

Dat Cererẽ, lectumq; pecus; nec palmite Bacchum.
Bibhy-

Bithyno Phrygio ue satum; sed quem sua nota
 Colle, per angusta Lesbos freta suggerit Helles.
 Ipse agit Aesonida iunctos ad litora gressus
 Cyzicus abscessu lacrimans, cui tradit amicis
 Muneribus, primas conjunx Percosia vestes [10
 Quas dabat, & picto Clyte variauerat, auro.
 Tum galeam, & patriæ telum insuperabile dextræ
 Addidit; ipse ducis pateras, & Thessala contra
 Frena capit, manibusq; datis iunxere nepotes.
 Tu mihi nunc causas, infandaq; pralia Clio 15
 Pæde virum: tibi enim superum data virgo fa-
 cultas

Nosse animos, rerumq; vias; cur talia passus
 Armas; quid hospitii junctas concurrere dexteras
 Jupiter; unde tubæ, nocturnaq; movit Erinnyes.
 Dindyma sanguineis famulum Bacchata lacertis. 20
 Dum volucris quatit asper equo, silvasq; fatigat
 Cyzicus, ingenti præde deceptus amore;
 Assuetum Phrygias dominam vectare per vrbes,
 Oppressit jaculo redeuntem ad frena leonem.
 Et nunc ille, jubas, captivag; postibus ora 25
 Imposuit, spoliū infelix, divæq; pudendum.
 Quæ postquam Hæmoniam, tantæ non immemor
 iræ,

Aërisono de monte ratem, præfixaq; regum
 Scuta videt; noua mōstra viro, noua funera voluit
 Vt socias in nocte manus, utq; impia bella 30
 Conferat; & seuis erroribus implicet urbem.
 Nox erat, & leui caneabant æquora sulcos

- Et iam prona leues spargebant sidera somnos:
 Aura uehit: religant tonsus: uelo Proconesson,
 35 Et te iam medio flauentem Rhundace ponto,
 Spumosumq; legunt fracta Scyllaceon unda.
 Ipse diem longe, Solisq; cubilia Tiphys
 Consulit: ipse ratem uento stellisq; ministrat.
 Atq; illum non antè sopor luctamine tanto
 40 Lenit agens diuum imperijs: cadit in scia clauo
 Dextera, dimittitq; oculos: resolutaq; puppis
 Turbine flectit iter, portuq; refertur amico.
 Ut notis allapsa uadis: dant ethere longo
 Signa tubæ: uox & mediis emissa tenebris:
 45 Hostis habet portus: soliti rediere Pelasgi.
 Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat urbem
 Mygæoniæ Pan iussa ferens seuisima matris,
 Pan nemorum bellig; potens: quem lucis ad ortum
 Antra tenent: patet ad medias per denia noctes
 50 Scitigerum latus, & torua coma sibila frontis.
 Vox omnes super una tubas, qua conus & enses,
 Qua trepidis auriga rotis, nocturnaq; muris
 Claustra cadunt: talesq; metus non Martia cassis,
 Eumenidumq; comæ, non tristis ab ethere Gorgon
 55 Sparserit: aut tantis aciem raptauerit umbris.
 Ludus & illis deo; pavidum præsepibus aufert
 Cum pecus, & profugi sternunt dumeta iuuenti.
 Illicet ad regem clamor ruit, exsilit, altis
 Somnia dira thoris, simulacraq; pallida linguens
 60 Cyzicus, ecce super foribus Bellona reclusis,
 Nuda latus, passuq; mouens oricalca sonoro,

Astitit, & triplici pulsans fastigia crista,
 Inde ciere virum: sequitur per mœnia demens
 Ille deam, & fatis extrema in prœlia tendit.
 Qualis in Alciden & Thesea, Rhetus iniqui 65
 Nube meri, geminam Pholoën, majoraq; cernens
 Astra, ruit: qualisve redit venatibus actis,
 Lustra pater Triniãq; canēs; humerog; Learchiũ
 Advehit: at misera declinane lumina Thebe.
 Iamq; adeò nec perta ducem, nec pone moratur 70
 Excubias sortite manus: que prima, furenti
 Advolat; hinc alij subeunt, ut proxima queque
 Intremuit domus, & motus accepit inanes.
 At Minyas anceps fixit pavor. ægra virorũ (nũt;
 Corda labant: nec que regio, aut discrimina, cer- 75
 Cur galeæ clypeiq; micent: num per vigil armis
 Hostis, & excuti dent obviam prœlia Colchi.
 Donec & hasta volans immani turbine, transstris
 Insonuit: monuitq; ratem, rapere obviam cœca
 Arma manu. princeps galeam constringit Iason, 80
 Vociferans: primã hanc nati pater accipe pugna;
 Vosq; viri optatos huc affore credite Colchos.
 Bistonas in medios ceu Martius exsilit astris
 Currus; ubi ingentes anime clamorq; tubaq;
 Sanguinea urvere deum. non segnius ille 85
 Occupat arua furēs; sequitur vis omnis Achivũm
 Agglomerat lateras; & densis thoracibus horrent.
 Stant manus; ægisono quam nec fera pectore virgo
 Dispulerit, nec dextra Jovis, terrorq; pavorq;
 Martis equi. sic contextis umbonibus urgent; 90

Caruleo veluti cum Iupiter agmine nubem
 Constituit; certant Zephyri, frustra^q, rigentem
 Pulsat utrimq³, Notus: pendent mortalia longo
 Corda metu; quibus illa fretis, quibus incidat
 arvis.

95 Hinc manus infelix, clamore impellere magno
 Saxa, facesq³, atras, & torta pondera funde:
 Fert sonitus immota phalanx; irasq³, retentant,
 Congeries dum prima fluat: stellantia Mopsus
 Tegmina, & ingentem Coryti notat Eurytus um-
 bram.

100 Resstitit ille gradu; seseq³, à lumine ferri
 Sustinuit præceps: subitum ceu pastor ad amnem,
 Spumantem nimbis, fluctuq³, arbusta ruentem.

At Tydeus, En intentis quem viribus, inquit,
 Opperiari; manibusq³, dari quem comminus opti,

105 Quo steteris moriere loco subit ilia cuspis
 Olenij: dedit ille sonum; compressaq³, mandens
 Aequora, purpuream singultibus expulit hastam.
 Ac velut in medio rupes latet horrida ponto,
 Quam super, ignari numquam rexere magistri

110 Præcipites impune rates: sic agmine cæco
 Incuxit strictis manus ensibus, occubat Iron,
 Et Corys, & Pirno melior genitore Bienor.
 At magis interea diverso turbida motu
 Vrbs agitur. Geniso conjunx amouerat arma:

115 Ast illi subitus ventis, viroque reluxit
 Torrefocus: telis gaudes miser ande reperitis.
 Linqvit & undantes mensas, infectaq³, pernox

Sacra Medon; clamis imbelli circumvenit ostra
 Forta manum; strictoq; vias prae fulgurat ense.
 Talis in arma ruit; nec vina dapesque remota: 120
 Statq; loco thoruss; in quo (omē) mansere ministri.
 Inde vagi, nec tela modis, nec casibus hisdem
 Conseruere manu, & longè jacuere peremti.
 Ecce grauem nodis, pinguiq; bitumine quassans
 Lampada, turbata Phlegias decurrit ab arce: 125
 Ille leues de more manus, aciemq; Pelasgum.
 Per noctem remeasse ratus; pulsung; requirens
 Sape sibi vano Thamyrum clamore petebat.
 Arduus, & late fumanti nube coruscus.
 Quantus ubi immenso prospexit ab ethere Typhō, 130
 Igne simul ventisq; rubens; quem Jupiter altè
 Crine tenet: trepidant diro sub lumine puppes.
 Tollitur hinc, totusq; ruit Tiryntius arcu,
 Pectore certa regens aduersa spicula flamma,
 Per piceos accensa globos: & pectus arundo 135
 Per medium contenta fugit. ruit ille comanti
 Ore facem supra, majorque apparuit ignis.
 Ambrosium Peleus, ingentem Ancæus Ethelium
 Sternit: & elata propius succedere dextra
 Teleconta sinit; delicataque ora securi 140
 Discicit cervice tenuis. simul aspera victor
 Cingula, sublustri vibrantia detrahit umbra,
 Has precor exuvias; ò prima cadavera, nostro
 Linqvite, ait, ferro; potius mihi dextera ferro
 Gnavet opus: prensung; manu detruccat Amastrū: 145
 Diversasque simul socios invadere turmas

Ammon.

- Ammonuit. pergunt rupta testudine fusi ;
 Qua tenebra campiq; ferunt. gravis invenit Ochi
 Phlias, & trepido Polux impingitur Hebro.
- 150 Ipse super vultus, taboque labantia terga,
 Dux, campi Martis que potens (ut cœca profundo
 Currit hiems) Zelen, & Broten, Abarimque re-
 linquit
 Semineces, Glaucum sequitur; Glaucumq; ruente
 Occupat, & jugulo vulnus molitur aperto.
- 155 Ille manu contrâ telum tenet; ultima frustra
 Verba ciens; fixamque videt decrescere cornum.
 Hinc Halyn; hinc rigido transcurrês demetit ensis
 Prothin: & insignem cithara cantuque fluenti
 Dorcea; qui dulci festis assistere mensis
- 160 Pectine, Bistoniam magnum post ausus alumnum.
 Nec pharetram, aut acres ultra Tyynthius arcum
 Exercet: socia sed difficit agmina clava.
 Ac veluti magna juvenum cum densa securi
 Silva labat; cuneisq; gemit grave robur adactis;
- 165 Jamque abies, piceæque ruunt: sic dura sub ictu
 Ossa virum, maleque sonant, sparsusq; cerebro
 Albet ager. levis ante pedes subfederat Idmon;
 Occupat os barbamq; viri, clavamq; supernè
 Intonat: Occumbens i nunc, ait, Herculis armis,
- 170 Donum ingens, semperq; tuis mirabile factis.
 Horrui ille cadens: nomenq; agnovit amicum,
 Primus, & ignavis dirum scelus attulit umbris.
 Nec tibi, Thessalicos tunc profuit, Ornyte, reges
 Hospitijs, aut mente moras fouisse benignas;

Et laribus sacrasse diem: procul advenit Idmon 175
 Oblatumque ferit; galeam cristasque rubentes
 Heu tua dona gerens, quem te, qualemq; videbit
 Attonitus Crenee parens? en frigidus orbes
 Purpureos jam somnus obit: jam candor & anni
 Deficiunt; vitaque fugit decus omne soluta. 180
 Desere nunc nemus, & Nympharū durus amores.
 At diversa Sagen turbantem, fallere nervo
 Tum primum puer ausus Hylas: spes maxima
 bellis
 Pulcher Hylas, si fata sinant, si prospera Iuno;
 Prostravitq; virum celeri per pectora telo. 185
 Accessere (nefas) tenebris fallacibus acti
 Tyndarida in sese: Castor prius ibat in ictus
 Nescius; ast illos nova lux, subitusque diremit
 Frontis apex. tū Castor Itym; qua carulus ambit
 Balteus: & gemini committunt ora dracones; 190
 Frater Hagen, Tapsumq; securigerumq; Nealcem
 Transigit, & Canthi pallentem vulnere Cydram.
 Torserat hic totis conisus viribus hastam,
 Venatori Erymo: brevis hanc sed fata ferentem
 Prodidit; & piceo comitem miserata refulsit 195
 Luna polo: cessere iuba; raptumq; per auras
 Vulnus; & extrema sonuit cita casside cuspis.
 Nisēum Telamon, & Opheltē vana sonantem;
 Per clypei cedentis opus, partemque trilicem,
 Qua stomachi secreta; ferit: letusque profatur: 200
 Di, precor, hunc regem, aut eque delegerit alta
 Fors mihi gente satum; magnusq; & flebilis urbi

Con-

- Conciderit super addit Aren, fratremq; Melambon
 Phoea; Oleniden; Lelegum qui pulsus ab oris,
 205 Regis amicitiam, & famuli propioris honores,
 Qua patiens non arte tulit? nox alta cadentum
 Ingentes donat sonitus, augetq; ruinas.
 Ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat,
 Vesuius, attonitas acer cum suscitatur urbes:
 210 Sic pugna crudescit opus: neq; enim ignea cedunt
 Astra loco; lentis haret nox, conscia bigis.
 Perge, age, Tartaree mecum simul omnia noctis
 Musa sequi. Trepidam Phæron afflauit ab alto
 Tesiphonen; grauiorq; locos iam luce propinqua
 215 Umbra premit: non signa virum, nō funera cernit
 Et rabie magis ora calent. vos prodite diuæ,
 Eumenidum noctisq; globos; variq; patefcatur
 Armorum fragor, & repidi singultibus agri
 Labentum, atq; acti Minyis per litora manes.
 220 Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet
 Fata trahens; jam pulsa sibi celsisse Pelasgum
 Agmina: jam passim vacuos disiecta per agros
 Credit ovans. tales aditus, ea gaudia fingit
 Ira deum: fundo veluti cum Cæus in imo,
 225 Vincla Iovis, fractoq; trahens adamante catenas,
 Saturnum, Tityumq; vocat: spemq; ætheris amens
 Concipit: ast illum fluvius, & necto remensa,
 Eumenidum canis, & sparse iuba reppulit hydræ.
 Scuit acerba fremens, tardumq; à mœnibus agmē
 230 Increpitat: Numquamne dolor virtute subibit
 Nil ausas sicut rege regnum? at Barbara buxus

Si vocet, & motis ululantia Dindyma sacris;
 Tunc ensis, placeatq; furor: modò tela sacerdos
 Porrigat, & iusta sanguis exuberet urna.
 Talibus insultans, iam dudum numine diva 235
 Deficit: infracti languescunt frigore cursus:
 Corda pavent; audit fremitus, irasque leonum;
 Cornuaque, & motas videt inter nubila turres.
 Tunc gravis, & certo tendens stridore per umbras,
 Aesonij venit hasta ducis; Latumque sub imo 240
 Pectore rumpit iter: quàm nunc incognita vellet
 Eustra sibi, nullosque datos venatibus annos?
 Talia magnanimi diverso turbine fundunt
 Tela viri; sonituque pedum, suspectaque motu
 Explorant: prensant socios, vocemq; reposcunt. 245
 Quod si tanta Iovis seros durasset in ortus;
 Exinctum genus, & solas per moenia matres
 Vidisset, stratamque dies in litore gentem.
 Tum pater omnipotens, tempus jam rege perempto
 Flectere fata ratus, miseratq; abrupte pugnans; 250
 Supremam celeravit opem: nutuque sereno
 Intonuit: quem nocte sata, quem turbidus horret
 Armipotens, tunc porta trucidis coit infera belli.
 Continuo dant terga metu: versique per agros
 Diffugiunt; qua sola salus: nec terga ruentum 255
 Mens Minyis conversa sequi, stetit anxia virtus,
 Ecce levi primo iam spargere lumine portus
 Orta dies; notaeque (nefas) albescere turres:
 Di maris, attonito conclamat ab agmine Tiphys,
Vt mea fatali damnastis pectora somno! 260

- Heu socij quantis complerunt litora monstribus!
 Illi autem neque adhuc gemitus, neq; conscia facti
 Ora levant: tenet ex sanguis rigor horridus artum.
 Ceu pavet ad crines, & tristia Pentheos ora
 265 Thyas; ubi impulse jam se deus agmine matris
 Abstulit, & casti vaneſcunt cornua tauri.
 Nec minus effuſi grandævum ad litora vulgus,
 Ut socias videre manus; dare verſa retrorſus
 Terga metu; dextram tendens proclamat Iason:
 270 Quo fugitis? vellem hac equidem me ſtrage, meoſq;
 Procubuiſſe magis. deus hæc, deus aſper utriſque
 Implicuit. ſumus heu Minya, ſumus hospita turba.
 Cur etiam flamas, miſeroſque moramur honores?
 Tum ſuper exſanguis conferta cædis acervos
 275 Precipiti plangore ruunt. agnoſcit in alta
 Strage virum ſua, texta parès, ſua munera cõjunctæ.
 It gemitus toto ſinuofa per aquora calo.
 Pars tenuis flatus, & adhuc ſtridentia preſant
 Vulnera: pars ſera componunt lumina dextra.
 280 At verò in molliſ exſanguis rego reperto
 Aggeribus; trifti ſileant ceu cetera planctu:
 Sic famulùm matrumq; dolor, ſic omnis ad unum
 Verſa manus. circa lacrimis ac mentibus ægri
 Stant Minya: deſlentque nefas, & cuſpidis ictus
 285 Aefonie; ſortemque ducis ſolantur acerbam.
 Ille ubi concretos pingui jam ſanguine crines,
 Pallentesque genas, infractaque pectore caro
 Telas; neque heſternos agnovit in hospite vultus:
 Ingemit, atque artus fatur complexus amicos:

Te tamen ignarum tanti miserande furoris 290

Nox habet, & nullo testantem fœdera questu:

At mihi luctificum venit in bar. en quibus assum

Colloquijs? cui me hospitio fortuna reuexit?

Exstingui ne mea (fatis hoc defuit unum)

Speravi te posse manu? talisue reliqui 295

Has ego amice domos? quod si jam bella manebāt;

Et placitū hoc superis: nonne hæc mea iustius essent

Funera? meq; tuus potius nunc plangeret error?

Nec Clarij nunc antra dei, quercusque tonantis

Arguerem? tales ne acies, talesque triumphos 300

Sorte dabant? tantumq; nefas mens conscia vatum

Conticuit, patriæ exitium crudele senectæ,

Et tor acerba canens? heu diuis visa sinistris

Regna mihi. qui nā reditus, quæ me hospita tellus

Accipiet? quæ non primis cohibebit harenis? 305

Invidere dei, ne Phasidis arva remoti

Et Scythicas populatus opes, hæc rursus adirem

Litora; neve tuos irem tunc ultor in hostes.

Fas tamen est conferre genas; fas iungere tecum

Pectora: & exsanguis miscere amplexibus artus. 310

Vos, age, funereas ad litora voluite silvas,

Et socios lustrate rogos; date debita cesis

Munera, quæ nostro misisset Cyzicus igni.

Parte alia, Clite laceras super ora mariti

Fusa comas, misera in planctus vocat agmina ma- 315

trum;

Fatur & hæc: primis conjunx ereptus in annis

Cuncta trahis: nec dum suboles, nec gaudia deste

L

Ulla

- Villa mihi quis moesta tuos nunc optime casus
 Perpeterer, tenui luctum solamine fallens.
 320 Migdonis arma patrem, funestaque praelia nuper
 Natales rapuere domos; Triuiæque potentis
 Occidit arcana genitrix absumpta sagitta:
 Tu mihi qui conjunx pariter fraterq; parensque
 Solus, & a prima fueras spes una iuuenta,
 325 Deseris heu; totamque deus simul impulit urbem.
 Ast ego non media te saltem Cyzice vidi
 Tendentem mihi morte manus; aut ulla momenti
 Verba tuli: quin & thalamis modo quæsta morari,
 Heu talem tanti que metus secura recepi.
 330 Illam vix gemino merens cum Castore Pollux
 Erigit herentem, compressaque colla trahentem.
 Interea innumeras nudatis montibus urgent
 Certatim, decorantque pyras; & corpora mæsti
 Summa locant: vadit sonipes ceruice remissa;
 335 Venatrix nec turba canum pecudumq; morantur:
 Funereæ que cuiq; manus, que cura suorum,
 Que fortuna fuit, medio rex aggere longè
 Eminent; hunc crebris quatiens singultibus ora
 Allenat Aesonides, celsoque reponit in ostro.
 340 Dat pictas auro atque ardentes murice vestes,
 Quas rapuit telis festina vocantibus Austris
 Hypsipyle; galeam dilecta que cingula regni
 Inicit: ille suam vultus conversus ad urbem,
 Sceptra manu veterum retinet gestamen avorum.
 Nam quia nec proles, alius nec denique sanguis;
 345 Ipse decus regni que refert in signe paterni.

Inde ter armatos Minyis referentibus orbes,
 Concussi tremuere rogi: ter inhorruit ether,
 Luctificum clangente tuba: iecere supremo
 Cum clamore faces rerum labor omnis in auras 350
 Solvitur, & celsis collucent aquora flammis.
 Scilicet hac illo, juvenem, populosque manebant
 Tempore; Peliacis caderet cum montibus arbor:
 Hoc volucrumque mina, prasagaq; fulmina longo
 Acta mari tulerant, sed quis non prima refellat, 355
 Monstra deum, longosque sibi non auguret annos?
 Iamque solutus honos cineri: iam passibus agris
 Dilapse cum prole nurus: tandemque quiescunt
 Dissona pervigili planctu vada, qualiter agros
 Ad patrios, aubus medio jam vere reuectis 360
 Memphis, & aprici statio silet annua Nili.
 At non inde dies: neque magnis aspera curis
 Nox Minyas tanta caesorum ab imagine solvit.
 Bis Zephyri jam vela vocant; fiducia maestis
 Nulla viris: agro assidue mens carpitur aestu: 365
 Nec dum omnes lacrimas, atq; omnia reddita caesis
 Iusta putant: patria ex oculis, acerque laborum
 Pulsus amor: segni que iuvat frigescere luctu.
 Ipse etiam Aesonides (quanquam tristissima reru
 Castiganda duci, vultuque premenda sereno) 370
 Dulcibus indulget lacrimis: aperit que dolorem.
 Tum secreta trahens Phaebeum ad litora Mopsu:
 Que nam, ait, ista lues? aut que sententia diuim?
 Decretusne venit fato pavor? an tibi neclunt
 Corda amoras? cur in memores fame que larisque 375

- Angimur? aut pariet quem nam hæc ignavia sunt:
 Dicam, ait, ac penitus causas, labemque docebo,
 Mopsus; & astra tuens: Non si mortalia membra
 Sortitusque breves, & parvi tempora fati
 380 Perperimur; socius superi quondam ignis olympi:
 Fas ideo miscere neces: ferroque morantes
 Exigere hinc animas, redituraque semina coelo.
 Quippe nec in ventos, nec in ultima solvimur ossa:
 Ira manet, duratque dolor: cum deinde tremendis
 385 Ad solium venere Iovis, questuque nefandam
 Edocuere necem: patet ollis janua letis
 Atque iterum remeare licet: comes una sororum
 Additur, & pariter terras atque equora lustrant.
 Quisq; suos fontes, inimicamq; pectora pœnis
 390 Implicat, & varia meritos formidine pulsant.
 At quibus inuito maduerunt sanguine dextra,
 Si fors seua tulit miseros, sed proxima culpa;
 Hos varijs mens ipsa modis agit: & sua carpunt
 Facta viros restides: & iam nil amplius ausi
 395 In lacrimas, humilesq; metus, egramq; fatiscunt
 Segnitiam: quos ecce vides, sed nostra requiret
 Cura viam: memori iam pridem cognita vate.
 Est procul ad Stygiæ de vexa silentia noctis,
 Eumenidum domus, & superis incognita tellus,
 400 Ceruleo tenebrosa situ: quo flammea nunquam
 Sol iuga, sidereos nec mittit Jupiter annos:
 Stant tacite frondes; immotaq; silva comanti
 Horret verna iugo: specus umbrarumq; meatus
 Subter, & Oceani praeceps fragor; aruaq; nigro

Vasta metu; & subite post longa silentia voces. 405
 Ensiser hic, atraq; sedens in veste Celeneus,
 Infantes errore luit: culpamq; remittens,
 Carmina turbatos voluit placantia manes.
 Ille mihi, qua danda forent lustramina cesis,
 Prodidit: ille volens Erebum terrasq; retexit. 410
 Ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas;
 Tu socios adhibeto sacris, armenta q; magnis
 Bina deis: me jam cœtus accedere vestros
 Haud fas interea: donec lustralia pernox
 Vota fero. movet en gelidos Latoria currus: 415
 Flecte gradum; placitis sileant, age, litora cœptis.
 Jamq; sopor medijs tellurem presserat horis;
 Et circum tacito volitabant somnia mundo:
 Cum vigil arcani speculatus tempora sacri
 Ampycides, petit adversis Aesepia silvis 420
 Flumina, & equoreas pariter decurrit ad undas.
 Hic sale purpureo, vinaq; ni entia lympha
 Membra novat; seq; horrificis accommodat actis.
 Tempora tum vittis, & suplice castus oliva
 Implicat, & stricto designat litora ferro: 425
 Circum humiles aras, ignotaq; nomina divum
 Instituit: silvaque super contristat opaca.
 Vtique metum, numenque loco, sacramq; quietem
 Addidit; ardenti nitidum inbar evocat alto.
 Atque Argoa manus varijs insignis in armis 430
 Ibat, agens lectas aurata fronte bidentes.
 Delius hic longè candenti veste sacerdos
 Occurrit, ramoq; vocat: jamq; ipse recentè

- Stat tumulo, placida transmittens agmina laurus:
 435 Ducit & ad fluvios, ac vincula solvere monstrat
 Prima pedum; glaucasq; comis pretexere frondes
 Imperat. hinc altè Phœbi surgentis ad orbem,
 Ferre manus; totisq; simul procumbere campis.
 Tunc piceæ mactantur oves; profectaq; partim
 440 Pectora per medios, partim gerit obvius Idmon.
 Ter tacitos egere gradus; ter tristia tangens
 Arma simul, vestesq; virum, lustramina ponto
 Pone jact: rapidis adolentur cetera flammis.
 Quin etiam truncas nemorum, effigiesq; virorum
 445 Ritè locat quercus: simulatq; subligat arma.
 Huc Stygias transire minas, iramq; severi
 Sanguinis, his orat vigiles incumbere curas:
 Atq; ita lustrifico cantu vocat: Ite peremti,
 Ac memores abolete animas; sint otia vobis,
 450 Sit Stygia jam sedis amor: procul agmine nostros
 Et procul este mari: cunctisq; absistite bellis.
 Vos ego nec Graias umquam cõtendere ad urbes,
 Nec triuijs ululare velim; pecoriq; satisque
 Nulla ideo pestes; nec luctifer ingruat annus:
 455 Nec populi, nostri ve luant ea facta minores.
 Dixerat. & summas frondentibus intulit aris,
 Libavitq; dapas; placidi quas protinus angues,
 Vmbrarum famuli, linguis rapuere coruscis.
 Continuò puppem petere, & considerare transtis.
 460 Imperat Ampicides; nec visum vertere terre,
 Exciderint que gesta manu, que debita fatis.
 Illi alacres, pars arma locant: pars ardua celsis

Inster-

*Insternunt tabulata thoris: oriturq; tremendum
 Remorum sonus, & late concordia vocis.
 Jupiter urgentem ceu summa Ceraunia nubem 469
 Cum pepulit, movitq; jugis; fulsere repenit.
 Et nemora & scopuli: nitidusq; reducitur ether.
 Sic animi rediere viris: jamq; ipse magister
 Nutat ab arce ratis, remisq; obsistere tendit.
 Instaurant primi certamina, liber amictu 470
 Eurytus, & dictis Talai non territus Idas:
 Inde alij increpitant; atq; aequora pectore tollunt.
 Par gemitu, pulsusq; labor: versumq; vicissim
 Mittitur in puppem remo mare. latus & ipse
 Alcides: Quisnam hos vocat in certamina fluctus? 475
 Dixit; & intortis assurgens arduus undis,
 Percussit subito deceptum fragmine pectus:
 Atq; in terga ruens, Talaum, fortemq; Eribotem,
 Et longè tante securum Amphiona molis
 Obruit; inque tuo posuit caput Iphite transtro. 480
 Iam summas coeli Phœbus candentior arces
 Vicerat, & longas medius revocaverat umbras.
 Tardior hinc cessante viro, que proxima Tiphys
 Litora, quosque dabat densa trabe Mysia montes
 Advehitur. petit excelsas Tirynthius ornos: 485
 Heret Hylas lateris; passusq; moratur iniquos.
 Illum ubi Iuno, poli summo de vertice, puppem
 Deseruisse videt; tempus rata diva nocendi;
 Pallada consortem curis cursusq; regentem:
 (Ne qua inde inceptis fieret mora) fallere prima 490
 Molitur; caroq; dolis avertere fratri.*

- Tunc sic alloquitur: Procerum vi pulsus iniqua
 Germaniq; manus; repetit quo crimine Perses;
 Barbaricus jam movit opes Hyrcanaq; signa:
 495 Aetres contra, thalamis & virgine pacta
 Conciliat reges Scythicos; primusque coacta
 Advehit Albana Sicyrus gener agmina porta,
 Bellum ingens; atque ipse citis Gradivus habentis
 Fundit equos. vident Arcteo de carcere quanta
 500 Tollat se nubes, atque equore pendeat atro?
 Corripe prima vias; sinem cum Phasidis alti
 Transierit Perses, faciemque ammoverit urbi,
 Coepta reser; paulumq; nosus & foedera nocte,
 Consiliis atq; arte tuas; sponde affore reges
 505 Dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat.
 At virgo, quanquam insidias estusque noverca
 Sentiat, & blandos quarentem fingere vultus,
 Obsequitur tamen, & iussas petit ocuis oras.
 Ingemuit Iuno, tandemque silentia rumpit:
 510 En labor; en odijs caput insuperabile nostris.
 Quam Nemeam tot fessa minis, que bellua Lerne
 Experiar? Phrygijs ultro concurrere monstris
 Nempe virũ, & pulchro reserantẽ Pergama ponto
 Vidimus. en ego nunc regum soror: & mihi gentis
 515 Vllus honos? jam tum indecores, iussaq; dolorum,
 Primitia, & tenore superati protinus angues.
 Debueram nullos juveni jam querere casus,
 Victa nec ad tales forsã descendere pugnã:
 Verum animis insiste tuis; actumq; per omnem
 520 Tende pudor: vox & Furias Ditemque movebo.

Hæc ait; & pariter leui juga pinea montis
 Respicit, ac pulchro venantes agmine Nymphas
 Vndarum nemorumq; decus. levis omnibus arcus,
 Et manica virides, & stricta myrtus avenas;
 Summo palla genu; tenui vagus innatat umbra §25
 Crinis, ad obscura decurrens cingula mamma.
 Ipsa citatarum cellus pede plausa sororum
 Personat; & teneris summittit gramina plantis.
 E quibus Herculeo Dryope percussa fragore,
 Cum fugerent jam tela fera, processerat ultrò §30
 Turbatum visura nemus; fontemq; petebat
 Rursus; & attonitos referbat ab Hercule vultus.
 Hanc delapsa polo, piceaque acclinis opaca
 Iuno, vocat, prensaq; manu sic blanda profatur:
 Quem tibi conjugio tot dedignata dicavi §35
 Nympha procos; en Hemonia puer appulit alno,
 Clarus Hylas; saltusq; tuos, fontesq; pererrat.
 Vidisti roseis hæc per loca Bacchus habenis
 Cum domitas acies, & Eoi pocula regni
 Duceret, ac rursus thyasos, & sacra moventem: §40
 Hunc tibi, vel posito venantem pectine Phæbum,
 Crede dari. quæ spes Nymphis aufertur Achæis.
 Præreptum quanto proles Bebeia questu
 Audiet, & flavi quam tristis nata Lycormæ?
 Sic ait; & celerem frondosa per auia ceruum §45
 Suscitât; ac iuveni sublimem cornibus offert.
 Ille animos, tardusq; fuga longumq; resistens;
 Sollicitat, suaderq; pari contendere cursu.
 Credit Hylas; prædeq; feræ ardore propinque

- 550 Insequitur simul Alcides hortatibus urget
 Prospiciens jamq; ex oculis aufertur uterque,
 Cum puerum instantē, quadrupes fessaq; minantē
 Tela manu, procul ad nitidi spiracula fontis
 Ducit: & intactas levis ipse superfugit undas.
 555 Hoc pueri spes fusa modo est: nec tendere, certat
 Amplius: urq; arcus & concita pectora sudor
 Diluerat; gratos avidus procumbit ad amnes.
 Stragna vaga sic luce micant, ubi Cynthia caelo
 Prospicit, aut medijs transit rota candida Phoebi:
 560 Tale iubar diffudit aquis; nil umbra, comeque,
 Turbanitq; sonus surgentis ad oscula Nympha.
 Illa avidas injecta manus, heu sera cientem,
 Auxilia, & magni referentem nomen amici,
 Detrahit: adjuta prono nam pondere vires.
 565 Jam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
 Depulerat, magnosq; jugi stridore revulsas,
 Terga super fulvi porrexerat horrida monstri,
 Litora curva petens: alio nam calle reuersum
 Credit Hylan, captaq; dapes hausisse ferina.
 570 Sed neq; apud socios, structasq; in litore mensas
 Vnanimum videt, eger Hylan; nec longius acrem
 Intendens aciem: varios hinc excitat aestus,
 Nube mali percussus amor: quibus haeserit oris;
 Quis tales impune moras, casusve, laborve,
 575 Attulerit; densam interea descendere noctem,
 Jam maiore metu: tum verò & pallor, & amens
 Cum piceo sudore rigor, ceu pectora nautis
 Congelat hiberni vultus Jovis: agricolisue

Cum

Cum coit umbra minax: comitis sic afficit error
 Alciden, seveq; monet meminisse noverca. 580
 Continuo, volucricen pectora tactus asylo,
 Emicuit Calabris taurus per confraga septis,
 Obvia queque ruens: tali se concitat ardens
 In iuga senta fuga. pavet omnis conscia late
 Silva; pavent montes; luctu succensus acerba 585
 Quid struat Alcides, tantaq; quid appetat ira.
 Ille, velut refugi quem contigit improba Mauri
 Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur,
 Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem;
 Sic Furijs accensa gerens Tirynthius ora 590
 Fertur, & intento decurrit montibus arcu.
 Heu misera, quibus ille, fera, quibus incidit usquã
 Immeritis per lustra viris. volat ordine nullo
 Cuncta petens; nunc ad ripas, dejectaq; saxis
 Flumina; nunc notas nemorũ procurrat ad umbras: 595
 Rursus Hylan, & rursus Hylan per lãga reclamat
 Avia: resposant silvæ, & vaga certat imago.
 At socijs immota fides, Austrisq; secundis
 Certa moræ: nec parvus Hylas: quanquam omni-
 bus aequè
 Grata rudimenta Herculeo sub nomine pendent. 600
 Illum omnes lacrimis, mœstisq; reposcere votis;
 Incertiq; metu, nunc longas litore voces
 Spargere: nunc seris ostendere noctibus ignes.
 Ipse vel excelsi cum densa silentia montis,
 Strata vel oblati ductor videt æquora ventis; 605
 Stat lacrimans; magnaq; vixi cunctatur amore.

Illius

- Illius incessus, habilemque ad terga pharetram;
 Illum inter proceres, moestaeque silentia mensae
 Querit inops, quondam ingenti compressa trabente
 610 Vena manu, & dura referentem monstra noverca.
 Nec minus interea crudelis Iapyga Iuno
 Assidue movet, & primis cum solibus offert.
 Jamque mora impatiens, cunctantes increpat ausus
 Tiphys, & oblato monet otia rumpere cursu.
 615 Ergo animum flexus dictis instantis Iason
 Concedit; sociosque simul sic fatur ad omnes:
 O utinam, Scythicus struerem cum funera terrae,
 Vox mihi mentitas tulerit Parnasia sortes;
 Agmine de tanto socium, qui maximus armis
 620 Afforet, hunc Iavis imperijs, fatoque teneri
 Ante procellosum scopulis errantibus equor.
 Nec dum fama viri, nec certior existit auctor.
 Verum agite, & dubijs quibus anxiosa pectora curis,
 Consulite: & motis seu vos via flatibus urget;
 625 Pergite, & inceptos mecum revocate labores:
 Seu plures tolerare moras, rursusque propinquis
 Quae siviisse iugis; precium haud leve temporis alicui
 Dixerat, & studijs jam dudum freta juventum
 Orat inire vias: unum tanto affore cœtu;
 630 Nec minus in sese generis, dextrasque potentes
 Esse ferunt, tali mentem pars maxima flatu.
 Erigit, & vana gliscunt praecordia lingua.
 Saltibus ut medijs tum demum lata reducit
 Cerna gregem; tum gestit aper, reboatque superbis
 635 Commensus urse lupis; cum sese Martia tygris
 Abstulit.

Abstulit, aut curvo tacitus leo condidit antro.
 At pius ingenti Telamon iam fluctuat ira,
 Cum fremitu sevisq; furens in iurgia dictis:
 Insequitur, magnosq; implorat numina questu.
 Dememorans, prensatq; viros, demissaq; supplex 640
 Heret ad ora ducis; nil se super Hercule fari,
 Sed socio quacunq; gemens: quanquã aspera fama,
 Iam loca, jamq; feras per Barbara litora gentes;
 Non alium contra Alciden, non pectora tanta
 Posse dari, rursus instimulat, auctiq; fauentes 645
 Magnanimus Calidone sacus; potioribus ille
 Deteriora fovens, semperq; inversa tueri
 Durus, & haud ullis umquam superabilis equis,
 Rectorumve memos, Nō Hercules, inquit, adempti,
 Sed tuus in seros hac nostra silentia questus 650
 Traxit honor; dum iura dares, dñs tempora fandi.
 Septimus hic celsis descendit montibus Auster,
 Iamq; ratem Scythicis forsā statuisset in oris;
 Nos patriæ immemores; manean, ceu nulla reue-
 Gaudia, sed duro seve sub rege Mycena; (ctos 655
 Ad medium cunctamur iter, si finibus ullis
 Has tolerare moras, & inania tempora possem;
 Regna hodie, & dulcem sceptris Calidōa tenerem,
 Lætius opum, pacisq; meæ: tutusq; manerem,
 Quis genitor materq; locis, quid deside terra 660
 Heremus? vacuos cur lassant equora visus?
 Tun' comitem Alciden ad Phasidis amplius arua
 Affore, tu socias ultra tibi rere pharetras?
 Non ea fax odii; oblitāq; numine fessō

- 665 Iuno sui: nova Tartareo, fors, semine monstra;
 Atq; iterū Inachijs jam nuncius urget ab Argis
 Non datur hac magni proles Iovis; at tibi Pollux
 Stirpe pares Castorq; manent, at cetera divūm
 Progenies: nec parva mihi fiducia gentis.
- 670 Ast egomet quocumq; voces, qua tegmina ferro
 Plura metā; tibi dicta manū, tibi quidquid in ipso
 Sanguine erit: jamq; hinc, operū que maxima, posco
 Scilicet in solis profugi stetit Herculis armis
 Nostra salus? nempe ora equē mortalia cuncti
- 675 Ecce gerunt: ibunt equo nempe ordine remi.
 Ille, vel insano jam dudum turbidus astu,
 Vel parta jam laude tumens, consortia fama
 Despicit: ac nostris ferri comes abnuvit actis.
 Vos, quibusq; virius, & spes in limine primo,
- 680 Tendite; dum rerum patiens calor, & rude mōbris
 Robur inest: nec enim solis dare funera Colchis
 Si. satis, & tota pelagus lustrasse iuventa.
 Spes mihi, que tali potuit longissima casu
 Esse, fuit: quiscumq; virum perquirere silvis
- 685 Egit amor: loca vociferans non ulla reliqui.
 Nunc quoq; dum vario nutat sententia motu,
 Cernere de vexis redeuntem montibus opto.
 Sat lacrimis comitig; datum; quem sortibus evi
 Crede, vel in medie raptum tibi sanguine pugna.
- 690 Talibus Oenides urget simul incita dictis
 Heroum manus. ante omnes Argoa iubebat
 Vincla rapi Calais. Furias miratur ovantum
 Aeacides: multusq; viri cunctantia corda

Fert dolor; an sese comitem tam tristibus actis
 Abneget, & celsi marens petat ardua montis. 695
 Non tamen & gemitus, & manes desinit iras
 Fundere: Quis terris, prò Jupiter, inquit, Achæis
 Iste dies? sævi capient quæ gaudia Colchi?
 Non hi tum flatus, non ista superbia dictis,
 Litore cum patrio, jam vela petentibus Austris 700
 Cunctus ad Alciden versus favor. ipse juvaret,
 Ipse ducis curas; meritosq; subiret honores.
 Jamne animis, jam gente pares, atq; inclita vulgi
 Dexteræ? nulla fides, nulli super Hercule stertus:
 Nunc Pârthaonides, nunc dux mihi Thracia pro- 705
 Aspera nunc pavidos contra ruit agna leones. (les,
 Hanc ego magnanimi spoliùm Didimaonis hastã,
 Quæ neq; jã frondes virides, nec proferet umbras,
 Vt semel est excussa iugis, ac matre peremta
 Fida ministeria, & duras obit horrida pugnas; 710
 Testor: & hoc omni ductor tibi numine firmo:
 Sæpe metu, sæpe in tenui discrimine rerum,
 Herculeas jam serus opes, spretiq; vocabis
 Arma viri: nec nos tumida hæc tum dicta juua-
 Talibus Aeacides socios sermonibus urgens (bunt. 715
 Illacrimat: multaq; comas deformat harena.
 Fata trahunt: raptusq; virum certamine ductor
 Ibat; & obienta mulcebat lumina palla.
 Hic verò ingenti repetuntur pectora luctus:
 Vt socij sedere locis, nullaq; leonis
 Exuvie, tantiq; vacant vestigia transtri: 720
 Flor pius Aeacides: mœrent Peantia corda:

Inge-

Ingemit & dulci frater cum Castore Poëlux,
 Omnis adhuc vocat Alciden, fugiente carina,
 725 Omnis Hylan; medio pereuntia nomina ponto.
 Dat procul interea toto pater equore signum
 Phorcys; & inmanes intorto murice phocas
 Contrahit antra petens: simul & Massylus, &
 una

Lyctius, & Calabris redit armentarius arvis,
 730 Ilicet extremi nox litore Solis, Iberas
 Condidit alta domos, & sidera sustulit astris.
 Flamina conuicere; jacet sine flatibus equor.
 Amphitryoniades, nec que nova lustra requirat,
 Nec quo tentet iter, comitis nec fata peremti
 735 Que referat, videt, aut socios qua mente revisat.
 Vrit amor, solisq; negat decedere silvis.
 Non aliter gemitu quondam lea prolis adempta
 Terga dedit: sedet inde vijs: inclusaq; longo
 Pervigilant castella metu: dolor attrahit orbis
 740 Interea, & misero manat iuba sordida luctu.

